hoc interim oppono: Quarta figura, æquè bona est ac ipsa prima; imò si modo, non prædicationis, ut vulgò solent, sed subjectionis, ut Aristoteles, eam enunciemus, ex IV. fiet I. & contra. Nam Arist. ita solet hanc v. g. propositionem: omne α est β. enunciare: β inest omni α. IVtæ igitur figuræ designatio orietur talis. Μ inest τῷ μ, M inest τῷ Μ, E. M est μ. Vel ut conclusio etiam sit enuncietur, transponendæ præmissæ, & conclusio erit: Ergo μ inest τῷ M. Idem in aliis fieri figuris potest, quod reducendi artificium nemo observavit hactenus.

26 Cæterum secunda oritur ex prima, transposita propositione majore; 3tia, transpositâ minore, 4ta, transpositâ conclusione, sed hic alius efficitur syllogismus, quia alia conclusio. Unde modi hujus 4tæ sunt designandi modis indirectis primæ figuræ ut vulgò vocant, dummodo præponas majorem propositionem minori, non contra, ut vulgò contra morem omnium figurarum hanc unicam ob causam, ut vitaretur quarta Galeni factum est, v.g. sit Syllogismus in Baralip. Omne animal est substantia, omnis homo est animal, E. quædam substantia est homo. Certè substantia est minor terminus, igitur præmissa in qua ponitur, est minor, & per consequens, propositio hæc: O animal est substantia, non est ponenda primo de secundo loco;

27 tum prodibit ipsissima IVta figura. Propter hanc transpositionem propositionum, quas vulgò Syllogismos in Celantes ponunt, sunt in *Fapesmo*, loco Frisesmo dicendum *Fresismo*, loco Dabitis *Ditabis*; Baralip. manet. Hi sunt modi figuræ IV. tæ quibus addo *Celanto* & *Colanto*, Erunt simul 6. Modi Imæ sunt 6: *Barbara, Celarent, Darii, Ferio; Barbari, Celaro.* Modi IIdæ 6: *Cesare, Camestres, Festino, Baroco; Cesaro, Camestros.* Modi IIItiæ etiam 6: *Darapti, Felapton, Disamis, Datisi, Bocardo, Ferison.* Ita ignota hactenus figurarum harmonia detegitur, singulæ enim modis sunt æquales. 1. Imæ autem & 2dæ figuræ semper Major Propositio est U. 2. Imæ & IIItiæ semper Minor A. 3. in IIda semper conclusio N. 4. in IIItia Conclusio semper est P in IVtâ Conclusio nunquam est U A. Major nunquam P N. Et si minor N. major U, A. Propter has regulas fit, ut non quilibet

88. mo-

88. modorum utilium in qualibet figura habeat locum. Alioqui essent Modi utiles: 4 ○ 96. f. 384. Modi autem figurati in universum utiles & inutiles 512 ○ 4. f. 2048. Qui autem in qua figura sint utiles præsens schema docebit:

8	UA, UA. UA.	SA, SA, SA.	UA, UA. SA.	UA, SA, UA.	SA, UA, UA.	}						
8	UN, UA, UN.	SN, SA, SN.	UN, UA, SN.	UN, SA, UN.	SN, UA, UN,							
8	UA, UN, UN.	SA, SN, SN.	UA, UN, SN.	UA, SN, UN.	SA, UN, UN.							
8	UA, UA. PA.	UA, UA, JA.	SA, SA, PA.	SA, SA, JA.	UA, SA, IA.							
8	UN, UA, PN.	UN, UA, IN.	SN, SA, PN.	SN, SA, JN.	UN, SA, IN.							
8	UA, UN, PN.	UA, UN, IN.	SA, SN, PN.	SA, SN, IN.	UA, SN, IN.							
8	UA, IA, IA.	UA, PA, PA.	UA, PA, IA.	UA, IA, PA.	SA, IA, IA.							
8	UN, IA, IN.	UN, PA, PN.	UN, PA, IN.	UN, IA, PN.	SN, IA, IN.	}	*					
8	UA, IN, IN.	UA, PN, PN.	UA, PN, IN.	UA, IN, PN.	SA, IN, IN.							
8	IA, UA, IA.	PA, UA, PA.	IA, UA, PA.	PA, UA, IA.	IA, SA, IA.							
8	IN, UA, IN.	PN, UA, PN.	IN, UA, PN.	PN, UA, IN.	IN, SA, IN.							
			Restat.									
8	IA, UN, IN.	PA, UN, PN.	IA, UN, PN.	PA, UN, IN.	IA, SN, IN.	}						

						0	4	3	2	1		
	SA, SA, UA.	SA, UA, SA.	UA, SA, SA.	1. . .	—	—	—	*Barbara*				
	SN, SA, UN.	SN, UA, SN.	UN, SA, SN.	2. . .	—	—	*Cesare. Celarent*					
	SA, SN, UN.	SA, UN, SN.	UA, SN, SN.	3. . .	—	—	*Camestres.* —					
	UA, SA, PA.	SA, UA, IA.	SA, UA, PA.	4. . .	*Baralip. Darapti* —			*Barbari*				
	UN, SA, PN.	SN, UA, IN.	SN, UA, PN.	5. . .	*celanto. Felapt. Cesaro. celaro*							
	UA, SN, PN.	SA, UN, IN.	SA, UN, PN.	6. . .	*Fapesmo* —			*Camestros.* —				
*	SA, PA, PA.	SA, PA, IA.	SA, IA, PA.	7. . .	—	—	*Datisi* —			*Darii*		
	SN, PA, PN.	SN, PA, IN.	SN, IA, PN.	8. . .	*Fresismo. Ferison. Festino. Ferio*							
	SA, PN, PN.	SA, PN, IN.	SA, IN, PN.	9. . .	—	—	—	*Baroco* —				
	PA, SA, PA.	IA, SA, PA.	PA, SA, IA.	10. .	*Ditabis. Disamis* —			—				
	PN, SA, PN.	IN, SA, PN.	PN, SA, IN.	11. .	*Colanto. Bocardo.* —			—				
			Restat.									
	PA, SN, PN.	IA, SN, PN.	PA, SN, IN.	12.	*Frisesmo.* —	—	—	—				

GOTTFRIED WILLIAM LEIBNIZ *Arte Cobinatora* LEIPZIG, 1666 THE WARNOCK LIBRARY Octavo